Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Seite 52

Quelle:
Copyright:

de Gersana cancellarij parisiensis et est etiam de duodecim industrijs in theologiam misticam practice considerata". Initium est: "Tractantes in lectionibus nostris jam a multo quamvis interrupto tempore." Vide etiam Cod. **XLIX**. n. 11.

3. Fol. 183–187.

Ejusdem Tract. contra recidivum peccati.

Ejusdem Tractatus contra recidivum peccati. Titulus in codice nostro est: "Sequitur tractatus de Remediis contra recidivum peccandi a confessoribus dandis". Incipit: "Habet hoc proprium ars quælibet". Detur rit in Cod. Supra citato n. 12. et in edit. Tom. II. Col. 457.

4. Fol. 189–201.

Ejusdem Tract. de probatione Spirituum.

Ejusdem Tractatus de probatione Spirituum. Rubro prænotatur: "De discrecione spirituum M. Joh. Gersona et de modo superandi temptationes et idem tractatus dicitur 2da pars tractatus de vita spirituali animæ". Duplex hic error involvitur; primo præsens opusculum non tractat de modo superandi tentationes, sed proxime sequens; secundo, perperam dicitur secunda pars tractatus de vita spirituali animæ, qui unica absolvitur. Initium præsentis est: "Probate spiritus si ex deo sunt jubet discipulus ille quem diligebat Jesus." Vide Cod. ms. Sup. cit. n. 7. et edit. T. I. Col. 37.

5. Fol. 201–209.

Ejusdem Tract. de stabilitate et soliditate.

Ejusdem Tractatus de stabilitate et soliditate. Præmittitur rubrica: "Sequitur 3tia pars quæ est de vita animæ per contemplacionem stabilitate et consolidate ma-